



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Evergisli Coloniensis Episcopi, successoris S. Seuerini: Ex ea quæ  
est apud V. P. Laur. Sur. Quo tempore claruevit patet infrà.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

VITA S. EVERGISLI COLONIEN-  
sis Episcopi, successoris S. Seuerini: Ex ea qua-  
est apud V.P. Laur. Sur. Quo tempore clarue-  
rit patet infra. Vide C. Ba-  
ron in Not.  
ad Martyr.  
Rom.

**E**VRGISLVS nobili apud Tungros, in-  
gens quondam Gallie Belgicæ oppidum, *Patria &*  
parentum stemmate ortus, ab ipsa pueri-  
tia præstanti indole prædictus, ad summa & ar-  
dua quæque virtutū culmina tendere visus est.  
Elegans in eo corporis forma, & gratiæ virtu-  
tisque insignia clarissima animum stimula-  
bant assiduo, nè qua in re coætaneis suis in-  
ferior appareret. Magna in eo adhuc puero *Pueritia il-*  
*discendi sedulitas; præclara morum ornamenti* *qualsi*  
*menta cernebantur.* AEstate pusillus, scien-  
tia quoddam & magisterij priuilegium præ-  
se ferre videbatur; teneros annos quadam  
senilis ætatis maturitate transcendens, homi-  
nemque perfectum benè moratæ vitæ exem-  
plis referens, Lectioni & studiorum profe-  
ctui tanta animi contentione incumbebat,  
vt prandiolum, quanquam non finè paren-  
tum offensione, in horam differret vespertinā:  
parvo contentus; idque quod sibi subtrahe-  
bat, pauperibus impertiens; vt sic à teneris  
più optimaq[ue] viuēndi consuetudine, & reli-  
gionem imbib̄eret, & benignè faciendi disci-  
plinam exercebat.

Ea tempestate Seuerinus Coloniensis ciui-  
tatis sanctissimus nominis & meritorum splendore  
illustris, magno studio suæ diœcesis ecclesiæ  
perlustrabat, vt Arianam heresim dirè graſſian-  
tem profigaret, pestemque nefariam gladio pugnat.  
*Seuerinus  
Episcopus  
heresim A-  
rianam op-  
tum pugnat.*

oris sui conficeret. Cumq; ea animi intentio-  
ne etiam Tungros inuiseret, & diligenter de  
fide ecelesiae & studio cultus diuini inquire-  
ret; inter alia, multa tunc de Euergisti pueri  
religione ac pietate cognovit: mirasque vir-  
tutum primitias non sine admiratione & ga-  
dio de puero audiebat.

*Affumit E-  
vergislum  
puerum.*

Quid plura? Exhilaratus iubet ad se addu-  
ci puerum; deprahendensque in illo indicia  
sanctitatis, sua spe & exspectatione maiora,  
in ardescit in eius amorem, hortaturque inter  
paternos complexus & oscula, ut secum pro-  
fliciscatur. Non recusat sacer Christi tyruncu-  
lus, quin spreta illicet mundana gloriola, fal-  
lacibusque diuitiis omnino contemptis, ala-  
criter se se totum in eius disciplinam tradit,  
vitaeque cursum ad eius voluntatem exad-  
e instituit.

*Mirè proficit  
epud S. Seue-  
rinum.*

Atque interim bona conuersationis suc-  
cessibus vegetatus, & diuturnæ consuetu-  
dinis beneficio confirmatus, amore insatia-  
bili caelestis sapientiae fontibus inhiabat,  
& instar apis sedulæ, diniorum eloquio-  
rum floribus infidens, intra pectoris sui al-  
uearium, fidei virtutumque mellâ conde-  
bat.

Cum autem beatus Episcopus eum ætate  
& moribus, maioris gratia capessendis ho-  
noribus idoneum cerneret, prudenti sanè  
consilio sacri altaris ministerio eum admo-  
uit, sicque per singulos gradus ad Diaconum  
paup.

*Fuit Diaconus  
Evergislus.*

natum usque prouexit. Quo in ministerio dum sedulus versatur, & nocte ac die in Dei templo excubaret, quodam dominico, nocturnis horis pro consuetudine cum sancto Episcopo loca sacra inuisens, cælestem meruit audire molodiam. Neque tamen, humiliatus cum suo Præfule prostratus, quidnam centum annos sibi veller intellexit: donec ab Episcopo gelicum in edictus, sancti Martini animam è vita ad obitum sancti Martini. deducentibus Angelis, migrasse cognovit.

Tandem defuncto beato Seuerino, communibus Cleri & totius populi suffragijs, succedit S. Seuerino in episcopatu. quanquam renitens, subrogatus est, magna tunc virtutis & sanctitatis vir: qui commis- sum sibi gregem eleganter instituit, calamitosis & afflictis egregie subuenit, statum Ecclesie quotidie in melius prouexit: urbemque ipsam tantis ornamenti decorauit: ut ab incolis aurea Colonia non immerito appellaretur.

Postquam autem in hisce alijsque virtutum exercitijs ætatem ferè deduxit, immodico capitis dolore vexatus, sacra loca, more suo orandi studio circuiuit. Cumque ad beati Geronis sociorumque eius, templum malè valentium refrigerium peruenisset, flexis genibus in sanctorum memoriam, uti consueverat, versum illum dicere coepit: Exultabunt sancti in gloria: moxque cælitus responsum est, Latabantur in cubilibus suis. Vnde intellexit cælesti edictus spiritu, eo ipso die sanctos martyres animas suas cælo reddidisse. Ab eo ergo tempore usque in præsens, eodem die quotannis,

Psalm. 149.

X 4 iplo

*Sanatur ta-*  
*diu sacri pul-*  
*ueru.*

ipso agente, illorum celebratur solēnitas. Accep-  
 tum autem puluerem è sanctorum templo,  
 malè affecto, cum signo Crucis, imponens capi,  
 sanus recessit.

*Inuicit Tun-*  
*gros prædi-*  
*cationis er-*  
*go.*

*Occiditur à*  
*latronibus*  
*ibidem.*

Deindè fidei ferore multò magis inflam-  
 matus, ad Tungros idolatriæ eliminaturus  
 sordes, profectus est, Ibi magna cum auctorita-  
 te, & maiori cum fructu, sacris aliquamdiū ha-  
 bitis concionibus, cælesti pro meritis præmii  
 à Domino percipere meruit. Nam cùm nocte  
 quadam ex more ad S. Dei genitricis monaste-  
 rium psallens pergeret, latrones ad iugulan-  
 dos homines intenti, ex insidijs profluentes,  
 ingentem sibi ex illo prædam pollicebantur.  
 Unde certatim irruentes, unus ex illis teli idu-  
 mortiferum ei vulnus infixit. Deindè ad præ-  
 dam cōuersi, cùm omnia illius vestimenta scru-  
 tantes, nihil præter simplicem vestem inueni-  
 rent, damnata propria temeritate & amentia,  
 corpus eius, nè crimen prodatur, in loco secre-  
 tiori virgultis opertum reliquerunt: ipsi sibi  
 fuga consilentes, nihilque præter cruentā con-  
 scientiam secum auferentes.

Manè oriente die, infaustus cœdis eius nun-  
 cius ad vrbē delatus, luctu & mœrore Clerum  
 populumq; compleuit, Aduolant properè cer-  
 tam ad locum omnes: vbi sacrum corpus vili  
 opertum tegmine iacebat. Debita reuerendo  
 funeri perfoluunt officia: sacrosque artus in  
 occulto quodā loco monasterij Gloriose Vir-  
 ginis eo tempore celeberrimi cōdit loci illius  
 & episcopus; vbi tantæ mox virtutes meritis  
 beati viri coruscarunt, vt incola palam te-  
 starentur, illum eandem ipsis fidem in cælis  
 coro-

*S' s' fertur*  
*si: se Candit*  
*au: vici &*  
*luc: Episco*  
*pi.*

coronatum seruare, quam erga ipsos adhuc in  
terris degens declarasset. Ceterum anno Do-  
mini 937. fuere sacræ eius reliquiae per S. Bru-  
nonem Archiepiscopum Colonensem omni Octobrio.  
veneratione Coloniam translatae ac magna cū Translatio  
solemnitate in Ecclesia S. Cæciliæ virginis re-reliquiarum  
conditæ.

*S. Brunonis  
huius vita  
habetur II.  
Octobrio.  
Translatio  
Euergisli  
Coloniæ.*

MARTYRIVM S. ET GLORIOSI ARE-  
Claret mira-  
iba, & sociorum; & historia eorum, quæ tunc culis post a-  
facta sunt in regione Homeritide, vel Sabea: Ex bitum.  
yis qua Metaphrastes, exactè ac fidelissimè de-  
script. *Vide Tom.  
7 Annal C.  
Baron.*

INSTABAT iam quintus annus, ex quo 24. Octob.  
Iustinus Romani imperij sceptra acceperat qui fuit  
ratquo quidē tempore Elesbaan, vir pro- Domini  
pter pietatem & iustitiam celeberrimus, AE. 522.  
thiopibus imperabat, & in Auxume ciuitate Elesbaan  
regiam construxerat. Porro Arabiam felicem Imperator  
(quæ olim Saba, nunc autem Homeritis voca- AEthiopum  
tur) ditione tenebat Dunaam Hebreus, vir cum insigniter  
impiaitate insignis, tum Christiano nomini in- Dunaam He-  
sensissimus: & ea propter totis viribus Chri- braus Ara-  
stanam è sua ditione religionem pietatemque biæ Imp. sce-  
exterminare conabatur. Cuius quidem cona- teratus &  
tus impios Elesbaan frequenter bello infrege- impium.  
rat, & fuso fugatoque eius exercitu, tributis eū  
seruire coegerat. Interim Hebreus simulato,  
pro temporis necessitate, ocio & pace, claram  
fusas denud collegit vires, exercitumque in-  
struxit, ut & acceptæ cladis deleret ignominiam,  
& Christianos omnes vna internecione dele-  
ret. Nec frustratus est prospero perfidiae suæ  
successu: nam & Christianorum præsidium,

X 5 ab Eles-